

vers. 38. *Istud est primum & magnū mandatū.*

vers. 39. *Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum ut te ipsum.*

vers. 40. *Ab istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent.*

QUÆST. 3. Unde tuam miseriam cognoscis?

RESP. *Ex lege Dei.*

QUÆST. 4. Quid à nobis postulat lex Dei?

RESP. *Id docet nos Christus summam: Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota cogitatione tua, & ex omnibus viribus tuis. Istud est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ab istis duobus mandatis, tota lex & Prophetæ pendent.*

QUÆST. 5. Num hæc omnia perfectè servare potes?

RESP. *Minimè: Natura enim propensus sum ad odium Dei, & proximi.*

UNICUM esse medium consequendæ salutis & veræ felicitatis obtinendæ, cognitionem doctrinæ Christianæ, tribus capitibus comprehensam; supra fuit demonstratum.

U: igitur in unicæ illius consolationis cognitionem, hujusque usum-fructum deducamur; singularum recensitarum partium explicationem ordinè & distinctè aggrediamur.

Primo